



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XVI. Abbatia S. Genovefae, Olim extra, nunc intra muros vrbis  
Parisiensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

quod nullum sacrificium magis placitum sit  
Deo, quam zelus & salus animarum, & quod  
anima quæ impinguat, impinguabitur, su-  
mentes in vasis de optimis terræ fructibus,  
& ferentes viro munera, aquas suas in plateis  
diuidunt, & fontes eorum deriuantur foras  
in agro Domini, fructum centesimum rece-  
pturi, vnamiter laborantes, ut animas pec-  
catorum de fauibus Leuiathan extrahentes,  
postquam ad scientiam erudierint multos,  
fulgeant tanquam stellæ in perpetuas æterni-  
tates. *Hactenus Vitriacus.*

## CAPVT XVI.

**ABBATIA S. GENOVEFÆ, O L I M**

*extra, nunc intra muros vrbis*

*Parisiensis.*

**S**ANCTA Genouefa virgo Parisiensis flo-  
ruit temporibus Valentiniani III. Imp.  
& Clodouei I. Francorum Regis, obijtque  
Lutetiæ anno Christi 514.

Cæterùm templum ac cœnobium istud,  
anno 500. fundauit idem *Clodoueus*, petente  
*Clotilde* eius coniuge, & *S. Genouefa*: Estque  
dedicatum à *S. Remigio* Archiepiscopo Re-  
mensi, in honoré Dei & SS. Apostolorum Pe-  
tri & Pauli. Fuit olim Clericorum seu Cano-  
nicorum Sæcularium, quibus amotis, substi-  
tuti sunt Canonici regulares ab Eugenio  
III. Pontifice Maximo.

Retro

Retro aram summam, spectantur columnæ quatuor marmoreæ, quæ sustinent ossa ac reliquias S. Genouefæ, loculo pretioso inclusas: ad quem locum frequentissimus est utriusque Sexus Parisiensium concursus: quod magna animi voluptate non semel ipsi speEtauimus.

In eodem cœnobio spectatur, hodieque tumulus fundatoris Clodouei Regis: hac inscriptione;

Hic est illustrissimus Rex Ludouicus, qui & Clodoueus ante baptismum dictus, Fracorum Rex Quintus, sed verus Christianus. Qui ab Anastasio Imp. Consul & Augustus est creatus, hunc S. Remigius baptizauit, & in baptismate eius, Angelus ampullam sacri Christi detulit. Vi Aquitania Arianos expulit, & totam illam terram, usque ad montes Pirenaeos subiugauit. Huic per Viennem fluum, ceruus miræ magnitudinis viam ostendit, per quam Rex ac milites vadum transferunt, & in eius aduentu muri Angolismæ ciuitatis corrue- runt, Alemaniam Loringiam ac Burgundiam tri- butarios fecit, & terram adjacentem transiit; Parisijs sedem regni constituit, Ecclesiam istam fundauit, in honorem Apostolorum Petri & Pauli, montis sanctissimæ & non satis commendanda Clotildis uxoris sua, & Beatae Genouefæ, quam Sanctus Remigius dedicauit. In qua potest laudabili opera, rex sepultus est, à quatuor filijs suis regibus Theodorico, Cledomiro, Childeberto & Clo-

taris,

*tario, Anno Domini quingentesimo decimotertio,  
regni sui trigesimo.*

## CAPUT XVII.

**NIDERBURGENSE COENO BIVM**  
*monialium nobilium, in vrbe Patauiensi,  
seu Passauensi, in Ger-  
mania.*

**V**TILO Dux iuxta Danubium, Patauiæ  
 Niderburgense Virginum monasteriū  
 construxit, & dedicauit S. Pirminius, Meten-  
 sis Episcopus, circa annum 739. Auentino  
 teste.

739. **O**tto II. Imperator hanc Abbatiam, o-  
 lim sui iuris, dedicatam in honorem Sanctæ  
 Dei genitricis, vnà cum *VValachunestorf*, cæ-  
 terisque omnibus pertinentijs, Piligrino Pa-  
 tauensi Præfuli, ob constantem fidem, Im-  
 peratori, in perturbatione Boiariorum, sci-  
 licet in rebellione fratris ipsius Henrici He-  
 zilonis, Ducis Bauariæ, præstitam, ac damna  
 hinc enata, perpetuò tradidit, potentibus  
 fratrele Ottone, Duce Boiariorum, atque  
*VVilchgiso* Archiepiscopo Moguntino, An-  
 no Domini nongentesimo septuagesimo sexto,  
 qua de re extat diploma.

**H**enricus Sanctus, tum Romanus Rex,  
 ob preces coniugis Kunegundæ, & dilectissi-  
 mi Ducis Hezelini, dictæ Ecclesiæ dedit par-  
 tem